Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancit Nestoris episcopi quod est IIII. kalendas martias

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

sub proconsule iulio proculo . et quintiliano gaio
messio . quinto traiano decio aug. tertio ut romani
dicunt . IIII id. mart. ut asiani mense sexto die sabba
to hora decima . sic autem facta sunt omnia ut nos scrip
simus . Imperante domino nostro ihesu christo cui est honor et
gloria in secula seculorum . Amen . Expl. pass. sci pionii

INCIPIT · PASSIO · SCI · NESTORIS · EPI · QUOD EST · IIII · KL · MARTIAS ·

lxvii

Fidelis noster salomon et ad sanctorum martyrum me
moriam retrahi . et uidere uictorum athle
tarum christi exemplorum nobis non paruum in
strumenta ministrantium quos filius coronauit glo
rificauit pater . athletas autem dico non illos qui i
magini ligant . quorum laus dubia est . et incerta
uictoria et corruptibilis corona . sed illos dico sanctos
uiros qui usque ad mortem concertati sunt ne nega
rent christum filium dei tenentes promissionem ip
sius saluatoris dicentis . Qui me confessus fuerit
coram hominibus confitebor et ego eum coram pa
tre meo qui in celis est . Et illis ergo celestibus
athletis unus est beatus noster nestor . Nam
cum decius romani regni apicem dominus sus
teneret iussit omnes a propria secta abstrahi .
et inuocantes nomen domini ihesu ad immunda
sacrificia prouocari . si qui autem contradix
issent iudicibus offerri et penis ualidis . enegari
itaque in pamphilia celestissimum edictum pro
positum est sub preside polio . qui terebat ipsam
prouinciam . qui non refrastinans misit equi
tes qui percurrerent ac dum regale precep
tum dixerant ut si qui alicubi essent christiani
ad edendum immolata idolis cogerentur . quo
tempore et beatissimi martyres fuerunt in pam
philia insignitis . Dico autem papiam et diodorum
et claudianum et comionem apud emporium
sed cum tempus fuerit horum gesta pandi
mus . Interim beati nestoris enarramus .
Hic enim beatus nestor episcopus quidem fuit
apud magidis martyr autem apud pergen . hic

sicut prediximus pro fide et religione et communi
tate deo fidelissimus . modestie et humilitatis tanta
ut cum ipse quibuslibet negotio preerat . conuer
sationem eius timeret . Sed litteris tirannicis ob
uiare ausus non esset . Consilium ergo faciens cum
consortibus suis dixit . Non aliter possumus
aduersum christianos . nisi episcopum ipsorum in manibus
acceperimus . Quia omnes uoluntati eius obediunt
et famulantur . Beatus uero nestor ubi insidias
eorum cognouit plebem quidem suam fecit discede
re ne forte in quid lupus inueniens in gregem christi
aliquam ouium dilaceraret . ipse autem non discessit se
a domo sua in oratione persistens nocte ac die . Nihil
amplius postulans quam ut custodiretur grex christi . Cum
uenissent ad domum episcopi nestoris persecutores atque alii
et cum his sectatores iniquitatis circumcinxerunt
domum eius et accedens unus ad ostium cepit clama
re . Beatus autem martyr erat in oratione et unus
de pueris suis nuntiauit ei dicens . Quia foris querunt
te . Cum ergo complesset orationem et dixisset amen .
sicut aries sine malitia habens mafortiolum
super caput suum . et cum exisset ad eos qui uenerant
omnes declinauerunt uultum suum . et orauerunt
eum . Ille autem dixit . Filioli que est causa quod ue
nistis ad me . Dixerunt ei . Uocat te hirenarcus
et omnis curia . Ille autem signans se in nomine domini
ihesu christi subsequebatur eos sicut ouis in sacrificium .
Et cum uenisset in foro surrexit uniuersa omnis
curia et salutauit eum . Dixit autem eis parcat
uobis dominus . Ut quid hoc facitis . Respondentes dixerunt
Dignum est conuersationem tuam adorari . Et accipientes
eum in medio sui secesserunt in locum separatum
a multitudine . Et cum posita fuissent subsellia plu
rima iusserunt adferri thronum et ordinari eum
ubi sederet episcopus . Ille autem dixit eis . Sufficit
mihi hic honor quod a uobis uocatus sum . Dicente et hire
narcus dixit . nosti domine preceptum imperato
ris . Ille autem . Ego preceptum omnipotentis dei noui .
Non preceptum imperatoris . Hirenarcus dixit .
O nestor consenti cum tranquillitate ne conueniamus
in iudicio . Nestor dixit . Cui consentio .

quia autem et ecce sane uocatus sum

Ille autem dixit. precepta regis. Nestor dixit. Caeles
tis regis preceptis consentio. Ille dixit ei. Demoniu(m)
habes. Nestor dixit. utinam uos demonium non ha
beretis. nec demonia coleretis. Irinarcus dixit. quo
modo ausus es christianissime deos demones appellare?
beatus nestor dixit. Ego hoc & ratione confirmo.
& confessione eorum quos torquetis. intelle
gis quia demones sunt quos adoratis. & Irinarcus
mouens se contra martyrem uacuum caput suum dixit.
C ecce facta apud presidem pro tormenta confiteri
deos uere esse deos. & scs nestor signaculum xpi
ponens in fronte sua dixit. Quid mihi minaris
tormenta iudicii mei? timeo non tua nec iudicis tui.
U erum tamen & in tormentis & extra tormenta
confitebor xpm filium dei uiui. Irinarcus non
neglegens neque retractans perrexit in pergen.
& tradidit scm martyrem duobus insequutorib;
ipse quidem procedebat. sequebatur autem ag
nus lupum. Cumque in uia essent terremotus fac
tus est repente non modicus. & uox e celo lapsa est
confortans martyrem suum. Illi uero stupentes
super hoc negotio timore tenebantur. cum conscien
tiae stimulis quod scm uirum tenerent. Interro
gauerunt eum dicentes. Domine epe unde sonus
hic & terremotus. Ille autem dixit. signum xpi
mei factum est; Cumque uenissent in ciuitatem
quarta sabbati. hora undecima manserunt in pan
doxio quodam extra ciuitatem. & cum reuersus est In
narcus ad presidem de sco martyre. sedit mane pre
ses pro tribunali. & oblatus est ei scs nestor. & Irinar
cus porrexit relationem urbano adiutori. & cum ius
sisset preses recenseri sibi relationem. urbanus adiu
tor recitauit dicens. Cu[m] patris & secretis omnis
curia domino presidi prestantissimo salutem. Diui
nis litteris aduenientibus domini nri imperatoris ad
tuam domine claritatem & iubentis. ut omnes xpiani
ad sacrificia pellicerentur. atque a sententia male sibi in
sita reuocentur. hominem tuum nihil durius uel per
turbare ad hoc explendum. sed quiete agere uoluisti.
sed parum proficit haec lenitas. cum illi obstinatione
quadam edictum imperiale contemnunt. Nam & hic

rogatur a nobis & ab omni curia. non solum ipse ad
quiescit. sed & omnes qui sub eo sunt tempore principis sui
exemplum & sequentes parare animos ad explendu(m)
que iussa sunt noluerunt. Nos interim suadere istum
non destitimus. ut secundum uictoriosissimi re
gis epistolas ad templum iouis ueniret. sed iste con
uiciis & contumeliis adgressus est deos immortales. Ipsu(m)
& tuum imperatorem licet absentem non paruis
iniuriis adfecit. Ita quoque nihil omnius eadem
loquendi procacitate usus est. Unde cognoscat omnis
curia destinare eum ad claritatem tuam. & pre
ses dixit. quis diceris? beatus nestor dixit. Xpi
famulus. preses dixit. Non de actuario. sed de no
mine requisiui. Nestor dixit. Meum nomen
& proprium hoc est me esse xpianum. Si uero uis
temporale nomen agnoscere. nestor uocor. pre
ses dixit. Quid ergo immolas & sacrificas sine tor
mentis. iurare per deos ut uelocissime scribam
ad dominum imperatorem ut princeps sis sa
cerdotum. & omnia sub tua sint potestate. tunc & ho
nores accipias ac munera. sed & consessor noster
fias. ut positis preclare multis annis uiuere.
S cs autem martyr inspiciens in celum & signans
se dixit ad presidem. Aetum sicut nes meus
multimoda pena discernens sum ille sibe stus
si gladios pares. donec sps in naribus meis est.
non negabo nomen di mei quod est sup(er)
omne nomen. Iudex autem iussit suspendi
& torqueri. ministri aut(em) tam acriter ulnere un
gulis inprimebant. ut ossa eius nudarentur.
B eatus autem nestor psallens dicebat. benedica(m)
dnm in omni tempore. semper laus eius in ore meo.
I udex autem stupens super tolerantia ui(ri). dixit
ad martyrem. Homo infelicissime non te
rubescet in hominem spem tuam ponere qui
bi cruciatus est? beatus nestor dixit. Haec mihi
sit confusio. & omnibus qui inuocant nomen dni
nri ihu xpi. Cumque turbe clamarent ut eius ter
minaretur. interrogabat eum preses per pre
conem. Uis immolare aut non. & scs martyr
fiduciam habens in xpo. dixit ad eum.

Impiissime & iniquissime fili diaboli non solum tu
non uereris dm̄ qui tibi hunc donauit principatum.
Per ipsum enim reges regnant & tyranni obtinent
terram & principes seruiunt iussu eius. sed & me co
gis relinquere eum unum & uerum dm̄ factorem
& saluatorem omnium nostrorum. & adorare
uana & saxea simulacra. Preses dixit ad eum.
Gaudius nobiscum esse aut cum xp̄o tuo. & s̄cs
martyr dixit. Cum xp̄o dn̄o meo semp̄ fui & sum
& ero. Uidens ergo iudex obstinationem tolerantiae
eius. protulit aduersus eum sententiam dicens.
Quō non consensisti nestor uictoriosissimo regi
neq; diis inmortalibus. sed secutus es ihm̄ cruci
fixum sub pontio pilato a iudeis traditum. ergo
ut non sit inde uotus dō tuo habeto eius sententiam
ut de ligno crucifixus pereas. Cumq; iussisset iu
dex. communi celeritate preparatum est
lignum ut cruci figeretur. Confixus autem
ligno beatus nestor docebat singulos xp̄ia
norum dicens. filioli stabilis sit nr̄a confes
sio ad dm̄. & non negemus eum qui pro nobis
passus est xp̄m. ne gaudeat diabolus de famu
lis xp̄i. conpatiamur ei ut conglorificemur.
non negemus eum ut ipse nos non neget. Me
mores estote quia pater eum misit redemp
torem animarum & abolitionē peccatorū
nrorum qui peccatum non fecit. & pro nobis pecca
tū factus est. & omnes ei nos donauit pater. ut in
nomine dn̄i omne genu flectatur. & celestium
& terrestrium & infernorum. & omnis lin
gua confiteatur quia dn̄s ihs xp̄s in gloria dī
patris. & dixit adstanti turbe. filioli. Ore
mus & genua flectamus ad dm̄ p̄ dn̄m nr̄m
ihm̄ xp̄m. Omnibus autem flectentib; genua
& simul ipso de ligno orante ubi conpleuit
& dixit amen. dimisit sp̄m.

Explicit passio beati nestoris.

INCIPIT PASSIO BEATISSIMORUM MARTYRUM EMETERI ET CELEDONII QUI PASSI SUNT

VI NONAS MARTIAS.

Etsi priscarum actuum aequitas passionum quibus sunt
beati martyres emeterius & celedonius consecrati
gestorum fides uel omnen oblitterante obliuionis
obducunt. tamen quia uiuax insigne martyrum
ipso suo silentio proclamandum. nec debet latere.
nec potest in auctorum uicem laus celebrata succedat.
que & si in uniuersum celestis glorie sui dignitate non im
plet. Contra inuidiam tamen illorum temporum
taciturnitatem annuum munus uotis sollemnibus
explet. quod quidem de conprobata innumeris
exemplis eorum dignatione presumptum est. ut
officia obsequentis inciperent. quod laudantis ine
rtia sequare non possent. famulatus iste non in uer
bis estimandus est. sed in uotis. maior est enī quodā
modo inpossibilitatis effectus quia cessit in amore
iudicium. & uerecundie sue prodiga semp̄ est
ac profusa dilectio que posse non cogitat dum uelle
conpendit. pro plenitudine conatus habeatur.
& si tacitum fuisse profectio diuina sereremus infirmi
tas lata sub maiestate dignitatum. & quod non potest
laudantis adsequi. non sibi uereatur adscribi. desic ser
monem securus adgrediatur. qui in prius honoris mag
nitudine quā p̄ dicturus est & eu satur. Nec sic
hominis historie series in unum aboleat obliuione.
& pro tacitis ordine recurrerent fame uiuax portio
pollulauit. ut facile possit intellegi & inde q̄d p̄ditur
quam sit magnificum quod celatur. & sequendus est
igitur ordo rumoris. & laudis admiranda narratio
ut quod in habitu sermo non explet in uertice soli
subministret. legionarios fuisse milites fama est. atq;
ibidem secularibus primum stipendiis militasse.
ubi nunc sinat oppidum. appellatio antiqua castra
& cum adhuc gallecia cum terraconensi prouintia
sociata hispania ulterior haberetur feralis clan
gor classica gentilis intonuit. quo ob sectatum
nominis xp̄iani rabida persecutione uexaret.
Ecce iam nos fame destituit & pressit iam insignium
factorum gloria conticescit. sed ipsa sui decep
ta probatur obliuio dum credentium pectorib;
fides inserit quod audientium auribus ta